



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Regina è custodia evadit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

xima hæc est. Illa in infinitis pæne calamitatibus & miseris multo præclarius illuxit. Erat vero regina hæc cœlitus tantis ornata virtutibus & tam corporis quam animi dotibus, ut credibile sit, Elisabetham ideo eam conspiciere noluisse (neque enim unquam in conspectum ipsius venit) ne pietate & misericordia erga eam commoueretur: quoniam antea nemo unquam tantæ inhumanitatis inuentus fuerit, qui vitam non adamatit atque admiratus sit. Sed ad puerum eius filium redeamus, qui IV. Calendas Augusti Anno M.D. LXVII. quam vix tertium ætatis annum expleset, solitis ceremonijs regno inauguratus fuit. Iurarunt pro eo in leges Iacobus Duglassius Mortonij Comes, & Alexander Humius, Moravius vero, licet dissentientibus non paucis proceribus. Pro regis munus fuit demandatum: & sic ouile post commissum. Hamiltonij in primis agre ferebant, paucos eosque non potentissimos, siæ sup, quod nunquam expectauerant, assensu, rerum arbitrium ad se reuocare, & rem tantam priuatis Consilijs peragere ac præcipitare. Quum ergo nobilitatem circuisissent, rarios præter eos qui priuati conuenerant, in suam sententiam pertraxerunt: quod plerique spectatores potius quam actores rerum haberi vellent. Ita ergo publica causa priuatis rationibus posthabita, regia potestas in Moraviu[m] translata est: qui mox eos sibi homines in Consilium & publicæ rei administrationem adsciuit, quos rebus suis commodos existimabat. Quis vero deinceps in Scotia quum reipublicæ tum Catholicæ in primis religionis status fuerit, facile est cuique cogitare. Neque enim quidquam aliud Moravius, penes quem summa rerum omnium erat potestas, spectabat quam ut tam Catholicam religionem quam omnes ipsi addictos, promiscue extirperet atque extirparet. Circa regis coronationem quum alia difficultates, tum, illa incidere, cuius regis inaugurandi munus esset. Coronandi regis partes Cnoxius apostata, tamquam primarius Ecclesiæ Minister, sibi vindicabat, in primis vero illud urgebat, Regem nequaquam oleo sacro, quo Catholici antea reges, inaugurandum esse: quum id meram & detestabilem superstitionem saperet. At reliqui hæretici contendebant, antiquissimis ceremonijs nihil derogandum esse: ne alij occasionem inde arriperent regis non agnoscendi. Ea difficultas restabat,

quum consecrandi regis munus ad minimum Episcopo deberetur, unde ille quaereretur. Inuentum tandem est Orcadensium Episcopus, qui omnes ceremonias, excepto Missæ sacrificio, celebravit. Et hæc quidem Anno MDLXVII. die XXIX. Iulij facta sunt. quadagesimo quinto post reginæ captiuitatem die. Rege coronato, Moravius rogatur ut pupilli tutelam susciperet, quod licet ille vnice ambiret, recusare tamen se simulabat: & ad reginam quæ in lacu Læuino asseruabatur, profectus, diligenter sese excusabat omnem ei fidem & obsequium pollicitus. Reginæ instanti ut ab ipsius & patriæ proditoribus Consilia segregaret, ac de ipsa liberanda potius cogitaret, illud in sua potestate non esse respondit. Profecto deinde vltimus sermone, multa virulenta contra reginam effudit, adeoque proteritus est, se in ipsa euertenda nihil diligentius omitturum. Sic inde Edimburgum profectus, XXIV. Augusti Anno MDLXVII. Moravius prorex & pupilli tutor fuit electus: Vix munus illud ingressus statim Catholicam religionem profligauit, & de Senatu eos qui reginæ fauebant eiecit, & Ecclesiam quasi funditus in toto regno euertit. Quemadmodum Mæander per obliquos flexus decurrens, ubi vicinalitèra atrosit, tandem in suum alueum redit: sic hæresis castissimum Ecclesiæ thorum varijs se&is commaculans, tandem, Deo sic disponente, ubi iam omnia occupasse videtur, in nihilum reditura est: idque etiam in Scotia aliquando fore, minime est desperandum. Quatuor rege puero potissimum decreta facta sunt: quorum primo Catholica religio omnino fuit profligata: secundo Calvinismus receptus & stabilitus, & in eos qui suscipere novam religionem recusarent crudelia supplicia statuta sunt: tertio, omnia ea quæ facta fuerant tamquam iuste & legitime facta, rata esse iussa sunt: quarto ut Dumbarum, arx Scotiæ limitanea, ut Moravius Angliæ reginæ promiserat, solo aquaretur. Interea vero dum hæc fiunt, regina in lacu Læuino strictè asseruabatur, omni papyri, ne ad alios scribere posset, immo ipsius quoque luminis visu priuata.

II. In hac tamen indignissima fortuna singulari illa animi magnitudinem præ se ferebat. Tandem Georgius Duglassius, frater eius in cuius potestate arx erat, adolefcentem quandam ex arcis ministerio sibi deuinxit, cumque eo reginæ liberandæ

liberandæ consilium suscepit. Quum ergo die quodam Comes nescio quis in arce magnificum epulum celebraret, utque regina ei quoque interesse vellet, rogasset, illa morbum simulans sese excusat. Interim omnibus vino in hilaritatem solutis, Gulielmus (id adolefcenti nomen) claves arcis præfecto furtim aufert, & reginam ut ad fugam se pararet monet; quæ assumto virili habitu, per medium cœnaculum ubi portabatur, ac deinde per quatuor arcis portas ac stationes transgressa, evasit. Transeuntem quidam è satellitio diligenter notarat: & quia utrum regina esset dubitabat, Gulielmum statim quæsiuit; sed is statim ac cum regio per vnam portam transferat, eam clausit, sic ut persequendi eos nulla esset factas. Reginæ fuga comperta, quædam è gynæceo Ioanna Queneda nomine, per fenestram desiliens, eam sequuta est. Vix triginta passus progressi, tota arce tumultuari audiunt, custodibus reginam fugisse clamantibus: quumque ab latris clavis sequi non possent, per fenestram reginæ fugam prospectabant: ad quam exiendam Georgius Duglassius cum equitibus aliquor ad lacustipam expectabat. Hac de re certior factus Moravius, quantas potuit copias repente contraxit. Eius factioni fauebant Glamelij, Kircadij, Ogilrij, Semplij, Ruveni, Lindelji, Moitonij, Martiæ & Glencarniæ Comites, & vniuersa Duglassiorum familia. A reginæ partibus stabant præter totam Hamiltoniorum familiam, Rothuiz Comites, Cambellij, Leuinstonij, Seronij, Flaminij, Brutij, Heresij, Balfarij, alijque. Huntizæ Comes & Ogiluius etiam ipsi ad auxiliandum reginæ copias contraxerant, ad eam tamen venire non potuerunt. Et hic quidem postea ob Catholicam religionem in Galliam se recepit, ac Burdigalæ domicilium fixit, ubi multa quæ ad harum rerum notitiam pertinent, ab eo sum expiscatus. Catholicorum Consilium erat regina Britannoduni, quæ in expugnabilis arx est, relicta, fortunam belli tentare: sed Moravius per exploratorem edoctus, cum exercitu quem habebat, Landsidum petijt, atque ita reginæ iter impedit. Ibi utrimque infestis armis concursus est; sed victoria tandem ad Moravium inclinavit. Scribunt nonnulli, eius qui primam in reginæ exercitu aciem dacebat, morbum in ipso pugnæ initio simulantis prodicione id factum: alij caduco morbo siue epilepsia correptum eum di-

cunt. Quidquid fuerit, tanta certe pertinacia & contentione pugnatum est, ut quibus hastæ prælongæ fractæ erant, pugniunculos, lapides, lancearum fragmenta, denique quidquid ad manum erat, in ora hostium aduersa iacerent. Ex sola Hamiltoniorum familia septem & quinquaginta desiderati, & viginti ac septem capti sunt: vnde reliquorum numerus facile conijci potest. Regina, quæ ipsa aduersum pugnæ exitum spectauerat, cum equitibus suæ partis, qui integri ex acie redierant, versus Angliam iter intendit. Quum extra periculum iam esset, cum suis consultauit quonam possimum sibi confugiendum esset. Suadebant nonnulli ut in Belgium ad Ducem Albanum, alij ut in Galliam, amicam regionem traiceret: sed neutrum horum facile erat in tanta omnium ad id necessariorum rerum inopia. Includere se Catholici alicuius Principis arce periculosum eidem videbatur; ne obsessa, vi inde extraheretur. Quare in Angliam secedere ipsi visum est, ad quam multa alia inuitabant, sed imprimis quod tesseram amicitia & hospitij, quam Angli *Teken* appellant, ab Elisabetha missam secum haberet; adeoque in omnibus quas ad eam in custodia dederat litteris, promississet, si venire in Angliam Maria vellet, se ad regni usque limites ei obuiam profecturam, ac secum deducturam. Quod si ab Elisabetha nulla impetraret auxilia quibus in regnum restitueretur, putabat tamen abitum in Galliam nequaquam sibi ab ea negatum iri. Sed & coram de cæ de Darlæi mariti, Elisabethæ cognati, purgare se eppiebat, nec dubitabat quin Elisabetham, comperta sua innocentia æquiores esse habitura. Cui tamen Consilio Ioannes Hamiltonius Santandreasus Archiepiscopus, homo magnæ prudentiæ, vehementer reclamauit, certam & incuitabilem ruinam reginæ prædicens.

*Sic ait illachrymans: verum hæc dum mente voluans,*

*Extimere senes, gemitusque dederat profundos.*

Et hoc quidem Maria ipsa Lamottæ Fenelonio Christianissimi regis, ad eam Legato, quem Elisabethæ permisso, in Angliam, domum reuertens, cum ea colloqueretur, non sine lachrymis narrauit. Anglicaui Hollingsedi cuiusdam Annales, ad

ad excusandam Elisabethæ crudelitatem compositi, dicunt, Mariam non vltro, & sponte, sed vi & necessitate coactam in Angliam venisse, vt quæ subditorum armis premeretur, adeoque ad supplicium quæteretur: nec post aduersum prælium vllum tutum locum haberet, donec Ouerkingtonum, qui Angliæ in parte Occidentali portus est, appulisset. At falsum id esse multis conuinci potest: quum vel in Belgium vel in Galliam traiciendi Maria adhuc potestatem haberet. Omitto alia quæ ibidem habentur. Sed nihil putidius est, quam quod miseram exilem Angliæ coronam affectasse scribunt. Scilicet quæ suam tueri non poterat, & quæ vnus spurij conatibus inter suos obistere non poterat, in alieno regno, adeoque in ipso carcere eorum terræ miscebit? In eadem Apologia multa, sed valde sinistra adducuntur eorum Regum ac Principum exempla, qui ab alijs morte sunt affecti. Nemo enim horum prodicione hac in re vsus est. Et huius quidem perfidia exempla Hamiltonius à maioribus repetebat. Iacobum I. Scotiæ regem dum per Angliam in Galliam contendit, Flamburgi ab Anglis duodeviginti annis detentum, nec prius nisi graui perfoluro lytro, dimissum. Macolmum IV. ab Henrico II. ad præstandum de Northumbriæ Ducatu homagium euocatum, vnâ cum fratre Gulielmo Anglorum castra in Galliam sequi coactum. Ducem Albinum Iacobi III. fratrem ab Anglis piratis captum, ægre deceptis custodibus euasisse. Quibus omnibus exemplis hoc vnum tanquam multo illustrissimum addi potest.

III. Quum nihilominus Maria in Angliam ire constitisset, Archiepiscopus frustra se obniti videns, Consilij sui, quod regina aspernaretur, publicum testimonium sibi dari voluit. Sic ergo præmissis ad Elisabetham Flaminio & Heresio, Londinum versus iter ingreditur. Verum ab Elisabetha, obuiam ei misso Francisco Cnollio satellitij præfecto, Carleoli subsistere iubetur; statimque custodes apponuntur. Color quæsitus, eo fine id factum, ne Maria in rebellium subditorum manus incidere. Atqui, ô boni, quænam illa est securitatis aut præsidij ratio, qua quis eò traditur quò ab inimicis vnice fuerat experitus? Atqui si hoc timebatur, cur non Elisabetha statim exercitum misit, & subditorum repressa rebellione, Mariam in regnum restituit? Sed aliud Mariæ intendebatur: quæ à Scrupolimitaneo Præfecto Car-

leolo Bortonum Elisabethæ iussu deducta fuit.

Morauius interea pro regem se ferens, omniumque rerum arbitrium sibi vindicans, indictis comitijs proceres qui reginæ causæ fauebant, citari iubet, & læsæ Maiestatis damnatorum bona fisco addicit: nonnullorum etiam arces cepit & præsidijs occupauit, alias quoque diruit. Eius conatibus Huntillæ, Crafordiæ, Argatheliæ, Cassilifæ & Eglintoniæ Comites, vnâ cum Hamiltonijs & alijs proceribus se opposuerunt, iusto fere confecto exercitu. Quò territus Morauius ab Elisabetha auxilia petijt: quæ ad Mariam reginam statim scripsit, vt suos ab armis, quibus salus ipsius procul dubio extreme esset periclitatura, reuocaret: quod si faceret, omne se in recuperando regno auxilium ipsi præstituram. Sic ergo Mariæ reginæ iussu Catholici ab armis discedunt, postquam Morauius promisit se nihil nisi ex comitiorum præscripto acturum: quod tamen ille minime seruauit. Mense Septembri conuentus celebratus est, cui reginæ nomine interfuerunt Ioannes Lessius Rossienfis Episcopus, Gilbertus Bruuus, Bodius, Heresius, Galuinus Hamiltonius, Ioannes Gordonius, Iacobus Cœburnus: ab hæreticis adfuerunt Orcadam Episcopus, Robertus Percarnius, Mortonius, Lindesius, Iacobus Macgillius, Robertus Duglassius, Henricus Balnauus, & Georgius Buchananus. Ab Angliæ regina missi sunt Thomas Hauartus Norfolciæ Dux, Comes Suffexiæ, Rudolphus Sadlerius, & alij nonnulli. In hoc conuentu quum post longam de mandatis disputationem, nihil omnino esset decretum, Elisabetha omnium rerum ad se reuocato arbitrio, iudicis partes sibi vindicauit. Maria ad dicendam coram deputatis illis causam euocata suos misit quidem, prius tamen protestata se neque illorum neque Elisabethæ iurisdictioni subesse: ideoque id nec sibi nec posteris aut regno fraudi esse debere. Ibi de cæde mariti obiecta per legatos suos ita se purgavit, vt aduersariorum calumnia non sine ipsorum ignominia facile appareret. Quare Elisabethæ Commissarij non solum omnia diligenter in acta retulerunt, verum etiam Elisabethæ fideliter narrarunt, cito persuasi, Mariam extra culpam, aduersarios vero participij reos esse. Elisabetha vero vt captiua sibi elaberetur minime concessura, Morauium, Mortonium, Lindesium & reliquos grauius increpat, quod segniter in causa ha-